



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. IV. Utrùm Reus teneatur exhibere Actori ad porbandam intentionem ejusdem, instrumenta, seu documenta contra se? & an Actor, quando plenè prohavit, cogi possit ad jurandum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

Judice juramentum probationis loco Reo deferatur, quod accipere debet. Et quamvis ille, qui absolute negat factum aliquod, non teneatur probare: eò quod *juxta c. Bona. 23. De elect.* negantis factum per rerum naturam (sive secundum cursum naturæ loquendo) nulla sit probatio, & non entis nullæ sint differentia; proprietates, definitiones, &c. ex quibus probationes desumi debent, potest tamen nonnunquam per juramentum proprium delatum, propositio etiam negativa probari; vel per præsumptiones, ita ut saltem onus probandi in adversarium rejiciatur; vel quod super negativa propositione fundat intentionem suam allegans; vel per negantis propriam confessionem, si tamen talis confessio probatio dici potest. Quin imò, si propositio negativa facti determinata sit, ad certum locum, tempus, vel alias circumstantias potest probari saltem indirectè, circumstantias tales, quæ sub sensum cadunt, probando; (& sic qui asserit, se tali tempore in loco tali non fuisse, probat negativam, se non occidisse talem in tali loco, se cum hoc non contraxisse tali tempore, &c.) vel si propositio negativa facti prægnans sit, virtualiter saltem & implicitè propositionem affirmativam continendo, directè etiam ea probari potest, quo modo probat, se non liberè renunciâsse, qui probat coactum se renunciâsse; vel quando contra juris præsumptionem negatur in aliquo qualitas de jure requisita, quod probari debet, quia quilibet præsumitur esse idoneus, nisi contrarium probetur.

¶(o)¶

§. III.

Quis probare debeat in judiciis communibus, & quomodo probationes utriusque partis litigantis fieri, & recipi debeant in interdicto retinendæ possessionis?

IN Judiciis communibus, sive duplicibus (cujusmodi sunt hæc tria *Famulæ herciscundæ, Communi dividundo, & Finium regundorum*) uterque litigantium probare debet, quia quilibet sicut Actor & Reus est, prout habetur in *Inter. 44. §. Qui familia. 4. ff. Famulæ herciscundæ. Et c. Ex literis. 3. b. t.* tamen, ut qui prior ad iudicium provocavit, magis Actoris, quam Rei locum habeat, & prior de calumnia juratus debeat.

In interdicto retinendæ possessionis, quando utraque pars contendit, se in solidum possidere eandem rem, uterque Reus & Actor est, & utriusque probationes à Iudice recipi debent, cum possessionis, tum tituli, si offerant se ad illum probandum, ut exinde appareat, pro qua parte pronuntiandum sit, præsumitur ex *c. Licet causam 9. b. t.* vel ut appareat, quis habeat possessionem antiquiorem.

§. IV.

Vtrum Reus teneatur exhibere Actori ad probandam intentionem ejusdem instrumenta, seu documenta contra se? Et an Actor, quando plene probatus, cogi possit ad jurandum?

REUS in iudicio conventus non tenetur exhibere propria instrumenta Actori contra se, ad fundandam illius intentionem.

entionem, prout habetur in *e. Ex Epistola. i. h. e.* (neque enim æquitas permittit, ut Reus contra se Actorem instruere cogatur) nisi instrumenta, quæ exhiberi petuntur, non tam sint propria unius, quam communia utrique parti, vel ratione proprietatis, vel ratione causæ, vel quando facta sunt pro cautione plurium; vel quod facta sint à persona publica, ex publico, officio &c. quin etiam sua instrumenta Reus edere debet Actori petenti, si hic fundatam suam intentionem habeat, circumstantiam tamen aliquam, quæ intervenit, ignoret (cùm in tali casu non petantur instrumenta ad principaliter impugnandum) vel si ipse Reus suis in iudicio instrumentis contra Actorem utatur, & necessaria hæc sint ad Actorem instruendum, utrum ligare velit, ad replicam formandam &c. vel si ex speciali privilegio jus habeat, ad petenda Rei instrumenta, quale privilegium Fiscus habet (saltem in causis civilibus) Ecclesiæ, Hospitalia, & alia loca pia &c. & ex probabili causæ alie favorabiles (nisi contraria praxis obstet) causæ usurarum restituendarum, causæ Matrimoniales, & quando agitur de salute animæ.

Qui autem in iudicio suam intentionem plenè probavit, non potest compelli, ut id ipsum etiam juramento confiteatur, non obstante contraria consuetudine, quæ non valet, uti patet ex *c. Sicut consuetudo. h. t.* cùm in tali casu juramentum fieret absque ulla causa, quod illicitum, & irrationabile est, ita ut etiam licet possit Actor juramentum iudiciale sibi delatum recitare, si intentionem suam plenè probavit, cùm juramentum

Erking. Compend.

hoc adhiberi non debeat litis decise causæ, sed litis decidendæ.

§. V.

De illis, quæ probata sunt in genere, & in specie de probatione ætatis.

Probatio in genere versatur circa facta incerta, & de quibus dubitatur (cùm notoria probationem non requirant, *c. Super eo. 3. De testib. cogend.*) quæ in iudicium deducta sunt, & ad causam pertinent, & probari possunt.

In specie verò de ætate si dubitetur, ille probare eam debet, qui suam intentionem vel exceptionem fundat super ea, prout etiam colligitur ex *c. In presentia. 8. h. t.* nisi ex sola corporis constitutione inspecta probabilem coniecturam habens de ætate Judex, onus probandi in alium transferat, vel nisi probato actu principali, ad cuius valorem necessariò certa ætas requiritur, accessoriè & ex præsumptione ætas sufficienter probata sit, duobus enim modis ætas probari potest, vidè, per testes scil. qui partui v. g. interfuerunt &c. & præsumptivè, per iudicia scil. & coniecturas ex constitutione corporis, ex Instrumento Matrimonij &c.

§. VI.

De probatione Virginitatis.

Ex *c. Proposisti. 4. h. t.* habetur, quòd Virginitas Mulieris satis probetur per proprium illius juramentum, & testimonium septem mulierum (aut pauciorum etiam); modò fuerint honestæ, bonæ famæ, & in hac re petitz) quæ ex aspectu corporis eam Virginem esse, testentur, quamvis de contrario juret Ma-

Q9

KIUS